



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 47. Ejusdem responsum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.  
A.C.1415.

§. XLVI.

*Episcopus Littomisliensis auditus.*

Biduo post indicta fuit congregatio, in qua Littomisliensis Episcopus audi-  
retur, ad epistolam Nobilium Bohemo-  
rum responsurus. Episcoporum quidam  
nomine Concilii respondit, Joannem Hus-  
sum, dum comprehendenderetur, nullis pu-  
blicæ fidei literis munitum fuisse, sed  
primum eas obtinuisse, postquam jam Ro-  
mam vocatus ab Alexandro V. excom-  
municatus esset; item Hussum esse Hæ-  
resiarcham, suamque pravam doctrinam,  
quamprimum Constantiam venisset, con-  
cionibus suis disseminasse, ideoque jure  
merito carceri mancipatum fuisse.

§. XLVII.

*Littomisliensis Episcopi responsum.*

His subjunxit Littomisliensis Episcopus, *Vander Hardt to. 4.*  
exploratam rem esse, quod Novato-  
res in Bohemia Laicis communionem <sup>p. 208.</sup>  
sub utraque specie administrarent, atque  
docerent, hunc communicandi modum  
omnino necessarium fore, siue Clerici  
se se opponerent, sacrilegii reos esse ha-  
bendos; ajebat itidem, omnino sibi con-  
stare, quod Sanguis Christi Domini in  
vasibus non consecratis ad infirmos defer-  
retur,

**Sæcul. XV.** **A.C. 1415.** **retur**, simulque a viris fide dignis accepisse se, quamdam hujus sectæ foeminam sibi meti ipsi sacram hostiam porrexisse, atque dixisse, quod probi Laici absolutio magis valida esset, quam absolutio mali Sacerdotis. Negabat tamen Episcopus, se unquam affirmasse, quod futores confessiones excepissent, aut Sacra menta administrasset, timendum tamen, ne & hoc temerarie præfumerent, nisi Synodus de remedio provideat. Ad hæc Bohemis aliquam dilationem ad respondendum potentibus, annuere Patres.

## §. XLVIII.

*Joannes Papa ad Ratolfi Cellam  
ductus.*

**Niem. invita** **Joan.** **XXIII.** **E**odem tempore nunciatum est, Joannem, cum ad Synodum venire recusasset, Ratolfi Cellam, Sueviæ oppidum tertio, aut amplius lapide Constantia distans deductum fuisse. Hac de re Norimbergæ Burgravius Synodum certiorum fecit; unde postera die Astenis, Augustanus, & Tolonensis Episcopi, cum duobus cuiuslibet Nationis Doctoribus eo allegati sunt, ut illius custodiæ præessent, ac cum eo versarentur. Postquam in dicto castro custodiæ traditus fuisset, duodecim seu tredecim Cardinales eadem accusationum capita superius allata jure jurando